Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs tertivs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Reſcindi poſſe, & turpe inceptum eſt. De. Dic Crito. Cri.
Ego amplius deliberandum cenſeo,
Res magna eſt. He. Nunquid nos uis? De. Feciſtis probe,
Incertior ſum multo q̃ dudum. Ge. Negant
Rediſſe. De. Frater eſt expectandus mihi.
Is quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.
Perçontatum ibo ad portum quoad ſe recipiat,
Ge. At ego Antiphonem quæram, ut quæ acta hic ſint, ſciat.
Sed eccum ipſum uideo in tempore huc ſe recipere,

ACTVS TERTIVS.

ANTIPHO. GETA. ¶ Tetrametri omnes.

Nimuero Antipho multis mõis cum iſtoc aio es uitupe
Ita ne hic abiſſe, & uita tua tutãdã aliis dediſſe? (rãd9
Alios tuam rem credidiſti magis q̃ te aniaduerſuros?
Nam utut erant alia, illi certe quæ nunc domi tuæ eſt conſuleres,
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali,
Cuius nunc miſeræ ſpes, opesque ſunt in te uno omnes ſitæ. Ge.
Equidẽ here nos iam dudũ hic te abſentẽ incuſam9, q abieris. An.
Te ipſum quærebam. Ge. Sed ea cauſa nihilo magis defecim9. An.
Loquere obſecro, quo nam in loco ſunt res, & fortunæ meæ?
Numquid patri ſubolet? Ge. Nihil etiam. An. ecquid ſpei porro eſt?
Ge. Neſcio. An. Ah. Ge.
Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. An. Nihil fecit noui. Ge.
Tũ Phormio itidẽ mihi hac re ut ĩ aliis hominẽ ſtrenuũ p̃buit. An.
Quid is fecit? cõfutauit uerbis admodum iratum patrem. An.
Hei Phormio. Ge. ego quod potui porro. An. Mi Geta omnis uos
Ge. Sic habẽt principia ſeſe ut dico, adhuc trãqlla res eſt, (amo

Māſurūſq; patruū pr̄ e, dū huc adueniat. An. q̄d eū? Ge. ut aiebat,
De eius cōſilio uelle ſeſe facere quod ad hanc rem attinet.
An. Quantus metus eſt mihi uenire huc ſaluū nūc patruum Geta?
Nam per eius unā (ut audio) aut uiuam, aut moriar, ſentētiā. Ge.
Phædria tibi adeſt. An. ubi nam? Ge. Eccū a ſua paleſtra exit foras.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

¶ Tetrametri, præter unum, qui eſt Senarius.

D Orio audi obſecro. Do. Nō audio. Ph. Parumper. Do.
Qui omitte me. Ph. Audi q̄d dicam. Do. at eū tædet iā audire eadem millies. Ph. At nūc dicam q̄d lubēter audias Do. loq̄re, audio.
Ph. Nequeo te exorare ut maneas triduū hoc, quo nūc abis? Do.
Mirabar ſi tu mihi quicq̄ afferres noui. An.
Hei metuo Lenonē, ne quid ſuo ſuat capiti. Ge. Idem ego metuo.
Ph. Nō mihi credis? Do. Ariolare. Ph. Sin fidem do? Do. Fabulæ.
Ph. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices. Do. Logi. Ph.
Crede mihi gaudebis facto, uerū hercle hoc eſt. Do. Somniū. Ph.
Experire, non eſt longū. Do. Cantilenā eandem canis. Ph.
Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus. Do. Garris modo. Ph.
Adeon ingenio te eſſe duro atq; inexorabili,
Vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri queas? Do.
Adeon te eſſe incogitantem atq; impudentem phædria,
Vt faleratis dictis ſeducas me, & meam ductes gratis? An.
Miſeritum eſt. Ph. Hei uerbis uincor. Ge. q̄ uterq; eſt ſimilis ſui. Ph.
Neq;, Antipho alia cum occupatus eſſet ſolicitudine,
Tū hoc eſſet mihi obiectū malū. An. ah, q̄d iſtuc āt ē Phædria. Ph.
O fortūatiſſime Antipho. An. ego ne? Ph. cui q̄d amas domi eſt.
Nec cum huiuſmodi unq̄ uſus uenit, ut conflictares malo. An.

Mihin domiſt? immo quod aiunt, auribus teneo lupum
Nā neq; quo modo a me amittā inuēio, neq; uti retineā ſcio. Do.
Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. An. Eia ne parum leno ſies.
Nunquid hic confecit? Ph. Hiccine? qđ homo inhumaniſſimus
Pamphilam meam uēdidit. Ge. qđ? uēdidit? An. ain uēdidit? Ph.
Vendidit. Do. q̄ indignū facinus, ancillam ære emptam ſuo. Ph.
Nequeo exorare ut maneat, & cum illo ut mutet fidem
Triduū hoc, dū id qđ eſt promiſſum ab amicis argentū aufero.
Si non tum dedero unam præterea horam, ne opertus ſies. Do.
Obtundis. An. Haud longūſt id quod orat Dorio, exoret ſine.
Idem hoc tibi qđ bene promeritus fueris conduplicauerit. Do.
Verba iſtæc ſunt. An. Pamphilam ne hac urbe priuari ſines?
Tum præterea horum amorem diſtrahi poterin pati? Do.
Neq; ego, neq; tu. Ge. Dii tibi om̄es id qđ eſt dignum duint.
Do. Ego te cōpluris aduorſum ingeniū meum menſes tuli
Pollicitantem, & nihil ferentem, flentem, & nunc cōtra hæc oīa
Repperi qui det, neq; lachrumet, da locum melioribus. An.
Certe hercle ſi ſatis cōmemini, tibi quidem olim eſt dies
Quā dares huic præcōſtituta. Ph. Factū. Do. num ego iſtuc nego?
An. Jā ne ea præterijt? Do. nō, uerū ei hæc anteceſſit. An. nō pudet
Vanitatis? Do. Minime, dum ob rem.
Ge. Sterquilinium. Ph. Ah Dorio,
Ita ne tandem facere oportet? Do. Sic ſum, ſi placeo utere. An.
Siccine hunc decipis? Do. Immo ēmuero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe, ego hūc eſſe aliter credidi,
Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.
Sed ut ut hæc ſunt, tamen hoc faciam, cras mane argentū mihi

Miles ſe dare dixit, ſi mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege utar, ut potior ſit qui prior ad dandumſt. Vale.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

¶ Tetrametri ut ſuperiores, & dimeter unus.

q Vid faciã? unde ego nũc tã ſubito huic argẽtũ iueniã miſer,
Cui minꝰ nihiloſt, quod ſi hic potuiſſet nũc exorarier
Triduũ hoc ꝓmiſſum fuerat. An. Ita ne hunc patiemur
Fieri miſerũ? qui me dudũ (ut dixi) adiuuerit comiter, (Getã,
Quin cum opuſt beneficium rurſum ei experiamur reddere? Ge.
Scio eq̃dẽ hoc eſſe æquũ, An. Age ergo, ſolꝰ ſeruare hũc potes. Ge.
Quid faciã? An. iuenias argentũ. Ge. cupio, ſed id unde, edoce. An.
Pater eſt hic. Ge. Scio, ſed qd tũ? An. Ah, dictũ ſapienti ſat eſt. Ge.
Ita ne? An. Ita. Ge. Sane hercle pulchre ſuades, etiã tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali,
Ni etiam nunc me huiꝰ cauſſa quærere in malo iubeas crucẽ? An.
Verũ hic dicit. Ph. qd? ego uobis Geta alienꝰ ſum? Ge. haud puto
Sed parũ ne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam? ut nullus locus relinquatur preci. Ph.
Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locũ? hem
Dum igitur licet, dumq; adſum, loquimini mecum Antipho,
Cõtemplamini me. An. q̃ ob rẽ? aut qd nam facturus? cedo. Ph.
Quoquo hinc aſportabitur terrarum certumſt perſequi
Aut perire. Ge. Dii bene uortant quid agas, pedetẽtim tñ. An.
Vide ſi qd opis potes afferre huic. Ge. Si qd, qd? An. q̃re obſecro.
Ne quid plus minus ue faxit quod nos poſt pigeat Geta. Ge.
Quæro, ſaluus eſt ut opinor, uerum ẽm metuo malũ. An.
Noli metuere, una tecũ bona malaq; tolerabimus. Ge.

Quantū opus eſt tibi argēti? loq̄re.Ph.Solæ triginta minæ. Ge.
Triginta? hui percaraſt Phædria.Ph.Iſtæc uero uilis eſt.Ge.
Age age, inuentas reddam.Ph.O lepidum caput.Ge.
Aufer te hinc.Ph.Iam opus eſt.Ge. iam feres.
Sed opus eſt mihi Phormioné ad hanc rem adiutoré dari. An.
Præſto eſt audaciſſime, oneris quid uis impone, & feret.
Solus eſt homo amico amicus.Ge.Eamus ergo ad eum ocius.Ph.
Abi dic præſto ut ſit domi. An.
Nunqd eſt qd' opera mea uobis opus ſit?Ge.nihil, uerū abi domū
Et illam miſerā, quā ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu
Conſolare ceſſas? An.Nihil eſt æque qd' faciam lubens. Ph.
Qua uia iſtuc facies? Ge.Dicam in itinere, modo te hinc amoue.

ACTVS QVARTVS.

DEMIPHO. CHREMES.

Senarii.

Vid? qua ꝓfectus cauſſa hinc es Lemnum Chremes?
Adduxtin tecū filiam? Ch.Non.De. qd ita non?
Ch.Poſtq̄ uidet me eius mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat ætas uirginis
Meam neglegentiam, ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe aiebant.De.quid illic tam diu
Quæſo igitur commorabare, ubi id audiueras?
Ch.Pol me detinuit morbus.De.unde? aut q? Ch.rogas?
Senectus ipſa eſt morbus, ſed ueniſſe eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas uexerat.
De.Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin Chremes? Ch.
Quod quidem me factum conſilii incertum facit,